

## COROLLARIA A RESPONDENTE ADJECTA.

1.

Bellum sine expresso mandato ejus, qui  $\tau\delta \kappa\nu\gamma\delta\sigma$  habet ex conjecturâ haud est suscipiendum.

2.

Jus naturale, quod vulgo permissivum dicunt, impropriè tale esse existimo.

3.

Jus naturale in Bruta propriissime cadere assero.

4.

Virgo violentum stuprum passa virgo manet.

5.

Et hoc casu ob salvandum honorem poterit stupratorum interficere.

6.

Non erit libera à poenâ Legis Corn. de Sic:quæ dato poculo amatorio aliquem interfecit.

7.

In judicio magis æquitatem, quam jus strictum se qui debemus.

8.

Princeps Legibus Civilibus est solutus.

9.

Magistratus sub Principe habet potestatem condere leges, licet sit ejus potestati & juri subjectus.

10.

Ad Legem Localem non semper requiritur consensus Principis seu superiorum.